

RÖPL.
60

R 60

c. 1526

Denis 359.

ORATIO PRO:

TREPTEICA IOANNIS CVSPINIANI AD SACRI

Ro. Imp. Principes & proceres, ut bellum suscipiant contra

Turcum cum descriptione confectus, nuper in Hunga-
ria facti, quo periit Rex Hungarie LVDOVICVS.

Et qua via Turcus SOLOMET ad Budam

usq; peruenit ex Albagraeca, Cum enu-

meratione clara dotium, quibus à

natura dotata est Hungaria,

cū insertione multarum

rerū annotatu dignis

sumarum. Lege le-

ctor & indi-

ca in quam

miseriā

ho-

die Christi-

nitatis est coniecta.



p. d. 2 impator

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DNO. D.
 BERNHARDO Presuli Tridentino, Sereniss. Regis Hungariae
 & Bohemiae, Archiducis Austriae &c. FERDINANDI
 Primario à Consilijs: V. C. atq; opt. IO.
 HANNES Cuspinianus, Salu-
 tem & felicitatem
 optat.

SCRIPSI hijs diebus Reuerendissime Praesul miserabilem & execrandam Turco-
 rum stragem: Quae LVDOVICVS Rex Bohemiae & Hungariae misere perijt,
 & Regia urbs Buda & Pestum oppidum à Turco incensa conflagravit, templa deso-
 lata sunt, muri conquisati corruerunt, quod nemo sine lachrymis cernere hodie possit,
 Principes sacri Rhomani Imperij & proceres adhortando, ut postposita mora ueniant
 in subsidium Christianitati, ne hoc idem experiantur. Facilis enim est aditus Turcis ex
 Hungaria in Austriam, Bawariam & Sueuiam. Et licet hoc idem Aeneas Siluius in co-
 uentu Mantuano, tanquam Pontifex Rhomanus, Antonius Campanus Episcopus
 Aprulinius in conuentu Ratisponensi FRIDERICO III. Caes. Ro. cum suisq; principi-
 bus astantibus, suscit & adhortatus est: ut arma contra crudeles Turcos sumant. Fran-
 ciscus quoq; Philiphus longe lateq; CAROLO & LVDOVICO Francorum Regi-
 bus. VLADISLAO Regi Hungariae, NICOLAO Pont. Ro. PAVLO II. Pont.
 MAX. SIXTO. IIII. NICOLAO Trono, & CHRISTOFERO Mauro Duci-
 bus Venetorum, FRIDERICO Vrbinati Duci. BERNHARDO IUSTINIANO
 Patricio Veneto, LVDOVICO Fuscario Equiti aurato & Iureconsulto, & passim
 alijs de Turcis expugnandis scripsit artificiosissime simul & elegantissime. Ego tamen
 simpliciter ut res gesta est in nostra uicina, & que oculis uidi & sona ad nos peruenit,
 rem disserui. Ut omnes intelligant, si modo legerint crudelis illius Tyranni seuitiam ab
 omnibus Christianis Principibus animaduertendam, & cito quam citissime succurrenda-
 dum si Christianitatem tutari ac defendere uolunt. Vale Reuerendiss. & simul optis-
 sime Princeps, Boniq; consule.

Dixerint licet plurimi, multiq; sint dicturi deinceps, de
 crudelitate Mahumeticæ sectæ, q̄ impie saeuierint sem-
 per in Christianum sanguinē. Quancq; sint ueluti Lupi qui
 raptu fiunt indies efferatiores, quum tamē omnium sint effe-
 minatissimi & imbelles Asiatici, ut antiquitus de eis ferebat.
 O Phryges & uere Phryges sine arma uiris, Nam & Gre-
 ci olim gens strenua adeo degenerauit ut originem suā ne-
 sciat, uoluptatibus omnis generis corruptissima. Quando-
 quidem apud Turcos nullū est peccatū q̄ non peccare. Si
 tamen mihi a Deo opt. Max. liceret optare quæ uellem, in
 cōmune Christianitatis commodū, nil aliud poscerem: q̄ ut
 oculata fide omnes Christiani Principes cernerent, quæ nus-
 per saeuus Christiani nominis hostis Soleymannus Turco-
 rum princeps, dum conflictum stauisset cū pijsimo Hun-
 garorū Rege Ludouico uictor patrauit, & Budæ & in Hū-
 garia, quam ui occupauit, & incendio & hoim cede truculē-
 tissima, Tum neminem puto ex uobis o principes & sacri
 Romani Imperij proceres, tam segnem & oscitabundū do-
 mi torpere: Quin hanc cladem pro sua uirili uindicare, et op-
 timū quēq; manu sua strenue ulcisci, Relictis domi omni-
 bus reb⁹ festinaret rupta omni mora. Ne crudelis illa et san-
 guinolenta bestia, sumptis cornibus latius ueluti rabidus ca-
 nis in Christi Gregē populabūda sequiret, & suo rictu aper-
 to uorare quod restat Hungariae conaretur. Nempe cū su-
 periore anno Zelymus Tyrānus huius progenitor, ut hinc
 ordiar (Nam altius repetere quæ ante annos quinquaginta
 & amplius acta sunt, Mathia Rege & Ioanne Huniade reg-
 nantibus: quando Turci uicti & castris exuti repulsi sunt, et
 Belgradum ab hostibus liberatum, Licet Gentū terror tū
 passim appellaretur Turcus, iam inutile duco; Dicitur⁹ quæ

O Phryges
 & uere
 Phryges.

Narratio.

A ij

1906 ev 222. sz.

præfens noſtra ætas uidit & heu pro chdolor experta eſt: q̄ ſine lachrymis eſſari uix poſſunt) Cum inq̄ Selymus ſuperiore anno poſt deuictum Sultanum, recepta Paleſtina, Syria & Alexandria & poſt ſuperatum Perſarum Regem Sophi cum pleriq̄ locis, quę tributaria fecit, mortuus eſſet, reſlicto filio Solometh: Qui efferatior patre, Hungaris malo fato negligentibus ac dormitantibus, clauem regni Nandaralbam, Taurinum ſiue Belgradum ueteribus dictū cripuiſſet uel ut loquar uerius potius Hungari ſua deſidia amiſiſſent: Capta dehinc Rhodo nobiliſſima Inſula, pari torpore Chriſtianiſ principibus male uigilantib⁹, Zelimo extincto filius Solometh patre ſæuior multoq̄ truculentior, maiorū ſuorum ueſtigia ſequutus, ut uoraret cæteras Chriſtiani orbis regiones, ſicut a maioribus fuit inſtitutus, maximam claſſem nauium toto anno fabricare nixus, quo contra Danubium irrumperet in Hungariam, quam multo ante inuadere meditat⁹. Cum iam diu Bulgariam, Meſiam, Illyrici et Croatiae partes cū Græcia, inſatiabilis beſtia deuoraſſet. Sic rem aggreſſus eſt, ut ordine omnia explicem. Tria nanq̄ maxima flumina Danubio, qui Hiſter poſtremo appellat⁹ in unū alueum prope Nandaralbam coeunt. Sauus, Drauius, et piſculentiſſimus Tibiſcus, qui noſtra ætate Tiſſa uulgo dicit⁹, prope Segedunum Danubium ingrediens receptis prius in ſuum alueum Keres & Maros fluuijs, maximus illic fit alueus in Danubio. Qui deinceps per Traſalpinam Walachiam ob montes præcipites & in cœlum uſq̄ uergentes, ut ſic dicam, ſit arctior, Sed mire profunditatis ut Traianus Cæſar olim debellaturus Decibalum Regem in Perſas proficiſcēs occaſionem ſumens pontem ſupra Danubium mira arte & ingenio ſtrauiſſe feratur, cuius fragmenta hodie adhuc extāt

Pons Traiani in Danubio.

Taurinū,
Nandaral-
ba.
Belgradū

cum inſcriptione Traiani Neruæ filij Cæſaris uere Pontificis, quod paucis etiam doctiſſimis notū eſt. Vbi haud lōge ſons ſcaturit qui. s. crucis uulgo dicitur & magnis miraculis claret. Quoties enim Rex aliquis Hungariæ uel moritur uel periculū aliquod ſubire cogitur, aqua fontis in cruorem uertitur, ad multos hominum læguores quibus medet⁹ haud inutilis. Quod accolis longe lateq̄ patet & longa experientia comprobatum eſt. Vere itaq̄ proximo huius anni Hungaris dormitantibus ſomnum Epimenidis, Choreiſq̄ & uino indulgentibus, Sanguinolentus tyrannus Solomet, innumeris nauibus paruis & magnis, Temporarijs quoq̄ celeribus tamen, quas antiquitas celoces appellat, onuſtis cōmeatu et bellicis machinis, Cū magno exercitu quoq̄ in Hungariam irrumperit. Fertur autem ducentena milia hominū, præter inutilem turbam Calonum & lixarum habuiſſe in exercitu, cum triginta milibus Camelorum, qui artalariam ingentem, com meatū ac cætera impedimenta ferebant, cum ſeleſtiſſimis equitibus et peditum caterua, qui lanizari uulgo dicuntur ex ſanguine Chriſtiano fere omnes orti, quos pro deſcena parentibus ſurripit & gladiatoria arte ac militari diſciplina inſtitui facit: Quibus cuſtodiam corporis cōmittit, proprijs: hos quoties caſtrametatur in ſuo tabernaculo habet cuſtodes, & ſine eius iuſſu ne digitum quidem tranſuerſum agunt ab Imperatore. Nam de cæteris eius miniſtris quibus utitur nunc non eſt diſſerendi locus, qui copioſe alibi de ijs ſcripſimus. Poſtea q̄ ergo Solomet ex Nandaralba ſoluit recto itinere primum arcem munitiſſimam Salanſemen peruenit quā nullo labore cepit. Hinc adiacentes arces & oppida aggreſſus, donec Varadinum Petri ſtrenuus uiris ac militibus egregijs munitum, ac com meatu & bellicis machi-

Pons ſans
ſic crucis

Salanſe-
men.

Varadinū
Petri.

nis bene prouisum peruenit. Vbi subsistit & aliquot diebus frustra conat⁹, licet semper ad solitas fraudes ut pelliceret ad se inhabitatores, confugeret. Cum illis persuadere nequiret, indignatus ueluti frendens belua acrius instare. At illi tanquam uiri fortes acrius sese defendere, quoad precipuos e suo exercitu milites amitteret. Tum blandiri coepit militibus ac libertatem, si sese dederent obtulit. At ij sperantes a Rege auxilium, mori prius decreuerant omnes quam sese dedere. Cum nusquam auxilium ueniret nec a Rege nec a Regnicolis, accepta libertate ultro se dediderunt. Turcus castrum & arce munitissima potius, nullam ut assolere seruat fidem, sed captiuos ut pecora abegit in perpetuam seruitutem, ac miserum exilium. Dehinc arce hanc munit, & militibus ac necessarijs prouidit, proque fortalicio firmissimo usque nunc utitur. Paulatim adiacentes uillas & oppida hominibus uacua occupat, Titellum arce, Dehinc Vlack oppidum in ripa Danubij situm: Vbi quondam Capistranus in sepulchro quiescens resurrectionem communem expectat, flammis ferociter expugnauit. Tandem tandem exciti Hungari: Episcopo Colocien se lachrymis ac precibus comixtis adhortante & efflagitante, ne tanquam inertes uino somnoque sepulti, uniuerso mundo essent fabulae, Vix enim dici potest quantum uir ille religiosus equidem & bono zelo motus: Cum tamen ab ineunte aetate semper fuisset bellicosus, sepiissime manus conferens cum Turcis, passim cunctos ad aggrediendum cohortat⁹, ut patriam tuerentur, uxores & liberos, quamuis saepe rideret a plerisque, qui omnia inique interpretantur. Sic itaque piissimus Rex Ludouicus cupiens regnum & subditos sibi commissos tutari ac defendere, paucis comitantibus. Multi enim ex suis immemores iuris iurandi fatum sui Regis expectantes la-

Titellum
Vlack ar-
ces.

uerunt. Budam egressus xxiii. Julij, Decem octo milibus passuum Tolnam uenit, haud longe ab oppido quod Batha uulgo appellatur, ubi sanguis Christi religiosissime ueneratur, Turco occurrit. At contra, Turcus a Danubio cum exercitu haud longe discedens, omnia longe lateque deuastat, Arcem Soclos quam olim Emericus Deperinn magnis sumptibus struxerat Regni Hungariae Palatinus, uir sane haud ignobilis & Caesari Maximiliano, dum ambo uiuerent haud ingratus, oppugnatur⁹ scalas opponit Turcus, credens uno aut altero die in potestate sua ui posse redigere. Sed omnes illius conatus, uiri fortes qui hanc arce custodiebant, eluserunt & ter repulsus ab expugnatione arcis, tandem cum ignominia cessit Belua frendens pro ira. Idem illi accidit in altera arce haud longe ab hac cui nomen Walpo quam pari furore aggressus irrito labore omni & frustrato ridicule cessit, amissis pluribus bellicosissimis uiris & militibus. Utinam omnes alij sic uires intendissent: Non sunt enim ferrei Turci ut uulgo opinatur, ut non possint uinci, sed molles & effeminati, omnia furore & impetu agentes, precipites, mox si uires uideant ab incepto desistentes ceu mulieres, quae prius suis consilijs longe anteuertunt uiros, sed mox languentes a suis decidunt meditationibus, si paulo fortius adoriuntur. Cum in Soclos & Walpo male cessisset Turco, conuertit se ad quinque Ecclesias ciuitatem haud fortem, ubi Episcopus patris nobilis uirum habuit olim nostra aetate insignem, & prudentia ac experientia multis Regionibus comprobatur, cui nomen erat Georgius Zotmar. Hanc urbem facile igne & ferro expugnauit: Hic sequit⁹ usus crudelissima in uiros quos trucidauit, & mulieres ac uirgines quas stupro in luxu suis militibus concessit, & postremo in seruitutem abegit.

Ludouici
Regis i. c. a
p. p. g. r. e. s.
s. u. c. i. e. x. m.
ercitu.
Tobna.
Batha.
Soclos

Walpo.

Quinq. ec-
clesiaru ex-
pugnatio.

Georgius
Zotmar

Volens compensare saeva trulentia ignominiam quam et in Soclos & Walpo adeptus erat. Sic misera urbs uiris et mulieribus spoliata, tandem cremata est: Nec preces nec lachrymae quas mulieres ac liberi cum parentibus, non absque magnis singultibus ac gemitu emisertunt, locum ullum apud saeuum hostem habere potuerunt. O crudelissimum spectaculum quod merito principes & Procures Romani Imperij cordi suscipere debeant, Erat enim haec urbs uiris ac foeminis speciosis decora, mercimonijs clara, diuitijs insignis. Quae una die sic misere perijt & occidit, cum tot hominibus ac bonis, quae in spoliolum ac praedam Turcorum cessere omnia. Rex Ludouicus interim circa oppidum cui nomen Mohatz exercitum habens, ut fertur triginta milium equitum expectauit a suis subsidium: Iussit ut Thezaurum Ecclesiae in tanta rerum necessitate dissoluerent. Maria Regina Hungariae de nobilissimo stemmate Regum Hispaniarum & Archiducum Austriae orta, & quae maritum unice deamauit, nihil obmisit quod ad salutem domini sui spectare uidebat. Rogando petendo auxilia ab exteris & suis Regnicolis, opes suas omnes dilargita est. Bohemos nobiles accersijt nullis parcendo expensis ut suo Regi suppetias ferret. Intendebat omnes neruos Paulus Temeri Archiepiscopus Collociensis, qui prius aliquoties priusquam habitum .s. Francisci indueret, tanquam strenuissimus miles a pueritia saepe manus cum Turcis conseruit: & ob id propter praedaras eius res gestas in Archiepiscopalem electus, ueluti uigilantissimus pastor super gregem Dominicum, omnes angulos circumeundo, adhortando et monendo anxie obiuit: ut sese liberos uxores & patriam defenderet. Alijs fletum excussit & lachrymas, alijs risum qui subsannando monachum tanquam inutilem Rei bellicae putabant, tan-

Mohatz

Paulus Temeri.

bant, tanquam surdis fabulam cecinit. Alij Praefules & nobiles Regni suum Regem comitabantur: Suscepit de quo omnem fortunam aeam aestimantes, Regem admonere nemo bono cenfuit, suoapte ingenio plus satis, ad quaecumque pericula subeunda promptum, qui nullis calcaribus egebat. Vanam fuissent, qui eius rei rationem habuissent, & tam piū Regem tanto periculo non commisissent. Sed cum ex suis multi imprudentes Regem hortarentur ut cum Turco congregaretur: Impar & uiribus & potentia contra tam seuum ac potentem hostem, noluit degener apparere & inglorius, ne timidus incularetur propriam uitam contempsit & salutem: Manus conferere (Licet restudineo gradu ad tam arduum opus sui se monerent) cum hoste tam potente, statuit. Alij causabant exercitum suum non satis fore turbae tantae. Alij arguere Regem, si hostem elabi fineret arma conuersuros in ipsum, Pars expectare plura auxilia ex Bohemis suadebat, pars satis esse affirmabat. Sic pessimissimum Regem ancipitem suis suasionibus, qui tamen minus uirium habuit, quam tantum negotium requirebat, reddebant. Alij ut urgerent Regem ad hoc fatum, alij sibi magis quam Regi consulerent, uarijs argumentis instabant. Contumelias quas in ipsum Regem iaciebant, ferre non potens Rex: licet careret et Imperatore experto, qui aciem instituere sciret, tormenta iaculari, & exercitum ordinare: Plerisque reluctanti- bus & disuadentibus aciem educit, non satis compositam. xxx Augusti, qua die Ecclesia Decolationis, s. Iohannis festum religiosae colit. Fit clangor Tubarum, strepitus armorum, ferit ethera clamor uirorum. Nostri tormenta bellica & machinas frustra iaculantes, ne exercitus Turci ullam quidem partem attigerant. Aliqua distantia haud modica Turcus audis- ens ibi paratam aciem, cum numerosa sua multitudine pra-

Clades cum
Rege Lu-
dowico facta
Anno .xxx
Augusti

missis tormentis ac bellicis machinis, ne ictum quidem ullū frustra emisit, quin recto tramite in exercitum Regis, ueluti repentinus imber & tonitru certis grandinibus uenit. Quo territi nostri, cum dicto citius Turci exercitū Regis obruerent, a multitudine superati pauci uertuntur in fugam, salutis sue cōsulentes fuga. Posteaq; nec punctim nec cesim Turci a nostris possent offendi ita armati Cortesinis & loriceis tam copiosum sanguinem fuderunt, ut campi sanguinolenti instar torrentium fluitarent. Nostri pallantes territi Barbarico clamore frequentato Dabra Dabra hu, quas uoces crudeliter reiterabant, maximumq; terrorem nostris iniecerūt, præsentem mortem oculis animaduertunt. Dissolutus exercitus a nostris Regem arripuit male custoditū a suis, qui præter opinionem omnium in lacum, quem Danubius inundatione facit insiliit. Et cum non essent qui pijsimum Regem armis exuerent obrutus aquis in lacu submersus est & absorptus: ut olim Imp. Decius Aug. pari conspectu perijt. Et post mense Octobri tādē reperitus in Alba Regali, ubi maiores sui sepulti quiescunt, præsentia multorum Regnicolarum terræ mandatus. Ex nostris cecidisse ac captos esse triginta circiter milia ferunt. In quis Episcopus Tschinadiē. Varadiē, Quinq; Ecclesiē, Gauriē, Strigoniē, & Archiepiscopus Colociensis, cuius caput longe haste affixum per exercitum ostentari fecit, in suorum consolationem: ut pote quos crebro sua strenua manu occidit, in ludibrium. Id quod olim C. Nero Cos. post cesum Hannibalis fratrem qui Hasdrubal dicebatur ante bellum punicum secundū ut Silius Italicus prodidit, exclamabat.

Tum Nero procera Sublimia cuspide portans
Ora Ducis celsi, Cannas pensauimus inquit

Dabra Da
brabu.

Decius Au
gustinus.

C. Nero
Hasdrubal

Hannibal & Trebiam & Trasimeni littora tecum
Fraterno capite, i duplica perfida bella
Et geminas arcesse acies, hæc premia restant
Qui tua transmissus aptauit Alpibus arma.
Sic Turcus ostenso capite Archiepiscopi Colociensis, magno timpanorum & tubarum premisso fonitu consolari uoluit suos incommoda multa ab eo passos. Quis est obsecro tam ferreus, tam durus, tam impius, qui non tam deffedum casum miseretur: tam pij Principis Ludouici indignissimā mortem non defleat. Tot Antistitium & præsulum misera biles cedes, Tot uirorum fortium honesta pectora, ob patriæ suæ defensionem & liberorum protectionem, constanti animo conflictus passorum mortes non ingemiscat. Fuit occisus cum multis Episcopis Rex Vladislaus iuxta Varnā Bulgariae ciuitatem inelytam Anno Christi M. CCCC. XLVI. cum ipse prior irritasset Turcos & Iusiurandū datum & scriptum, iussu Romani Pontificis, per Cardinalem Iulianum: qui & ipse uiolata fidei, quæ hosti etiam seruanda est, uiolasset turpissime, pœnas dedit. Sed Sigismundus Imperator cum haud prouide cum Turcis manus conseruisset iuxta Nicopiam urbem, eosq; prouocasset in campo lato, quem Panifus fluius prope Hemos montes præterlabitur, stulticiæ suæ pœnas luit. Anno nostræ salutis M. CCC. XCVI. priusq; Rex Romanorum designaretur, Sed post in Regem Ro. creatus a nato Hiesu anno M. CCCC. IX. prope Galambotz infra Zenderouiam in Ripa Danubij grauissima clade affectus, uix ultra Danubium fuga salutē inuenit. At hic innocentissimus Rex Ludouicus non ut hostem prouocaret, sed Regnum suum tutaretur a tam cruento hoste tam miserandum fatum subiit, omnium posteritate

Varnensis
Clades.

Sigismundi
Cæsaris
clades.
Nicopia

Galibotz
Zendero
uia.

cōmiserandum. O sacri Romani Imperij Principes & Proceres eminentissimi, hanc stragem cordi recipite, futuro malo occurrite: facite ne Turcus de tanto conflictu lateat amplius, ne toties simus uictimæ hostibus quas imolent. Ne in conspectu uestro uxores, liberos, uirgines, & pueros, uide re cogemini turpissima queq; pati, ensibus trucidari, abigi in exilium, omni morte crudelius. Non expectetis ne talem aleam iterum atq; iterum subire Christiana gens cogatur: Nam neglecta solent incendia sumere vires. Et tua res agit paries cū proximus ardet. Perfecto igitur prelio cum pars sese fugę dedisset, pars misere cesa occubisset: Turcus uocatis ad sese summis suis consiliarijs, qui uulgo Bassæ dicuntur, quorū duos habet primarios, alter qui præest Romanie, alter Natolie, quibus rerū summā committit. Sic enim omnes suas prouincias intra mare & ultra mare diuidit: Hūc Constantinopolitano Imperio. Alterū Orienti preponit, et hinc nomina fortiuntur. Imerim Bassa ex ijs primas partes habet, quem ut propriam animam charū habet, quasi dicas Abraham Bassa, alter Balibeck Bassa patria lingua dicit, ijs committit: cū iam dissipatus esset exercitus & Rex fuga clapsus misere periisset: ut Regiam urbem Budam adorirentur. Hij dicto audientes ut Budam arripiant & spolient, ingenti exercitu Turcum præcedunt. Tunc fit miseranda fuga ciuiū, & Maria Regina in tanta festinatione, ignara adhuc, de mariti fato, omnem suppellectilem in naues absportat. Sic cæteri ciues cum uxoribus & liberis ac suppellectile, quam in tanto metu ac trepidatione eripere poterant, Danubio sese committunt, ut Viennam uersus fugiant. Feruntur septuaginta sex naues onustę per Danubium ascēdisse: Præter illos qui curribus & equis satagebant auferre, quas quisq; potuit recu-

Bassa
Romanie
Bassa Natolie.

Puga Regine & ciuiū ex Budam per Danubium.

las suas. Hic miserum cerneret spectaculum. Erant in nauibus mulieres impregnatae & partui uicinæ quæ pariebant, & ob timorem abortum fecerunt. Quædam puerperū nuper egressæ, infantes lactauerunt, & dum hos curant, alios præcipites pueros e nauibus præcipitare uident: Hic eiulatus, singultus, lachrymæ, fletus diu & nocte audiuntur. Nec enim satis in festinatione tanta commeatu prouisæ matres, pueros panem petere nō sine miseria uociferantes audierūt. Ventū est in Danubio ad Strigoniū Archiepiscopalem sedem. Tum Hussiones incolæ Regni, Turcis longe sauiiores & crudeliores nulla pietate moti, nulla misericordia: Na uem unam onustam Regia suppellectile Regine auferūt, spoliant & diripiunt. Nec tanta feritate satiati, nisi ludibrio etiā suam Reginam afficiant in tanta anxietate: muliebres uestes & puellarum soleas ex Gynecio absportatas induunt, Choresas faciunt, Risus & sublannationes in timidum sexum iaciunt. O gens effera & crudelior omni Turco omni supplicio perdenda & mille mortis generibus castiganda, soboles scelerata, non aere non terra ferenda. Id tuę Regine facis piissimæ uiro orbatae, fletu & lachrymis tabescenti. O scelus, Num o principes sacri Romani Imperij & proceres, est hæc gens funditus e radicibus exterminanda & delenda: Bonos si qui extant semper excipio. Quibusdam nauibus fumes nauiticos secuerunt ut in Danubio fluctuaret errabundę, et submergerentur. Deniq; nullum genus sauitiæ ac crudelitatis, quod in Reginam suam & miseros ciues profugos excogitare poterant, obmiserunt, hij strenui milites. Ut hinc facile liquefcere potest, quantum Regem suum amarint, quātum illi seruiert, quantum auxilium illi prestiterint. Animō meminisse horret dictuq; refugit, Quis potest lamenta mulie-

Excidium
Regie Vr
bis Budæ
Pesti
oppidi.

rum uociferatione sc̄p̄ diurnas nocturnasq̄ satis pro rei indignitate recensere? Postq̄ appulerunt Posoniū Regina et miſeri ciues cum uxoribus & liberis, ut textum orationis meæ seruem: Vrbs Regia a Bassis, qui Cæsarem pr̄gauerūt incendio horrendo cōflagrauit, & Pestum oppidum in quintum usq̄ diem: Troiam ardentem tum quisq̄ imaginari poterat. Corruerunt tecta & turres, templa sanctorū spoliabatur donarijs, Reliquiæ quæ superuerant corripiebant. Nihil tutum nihil tranquillum relinquebatur. Serui dominorū profugorū scientes repositoria adaperiebant, ut furta cōmitterent quæ uellent, ne nihil tutum bonis uiris remaneret. Iudæi quorum magnus numerus Budæ erat, pro uita usq̄ & libertate strenue sese defenderunt. Priusq̄ Solomet Turcus urbem Budam intraret: ducenti forte ex pauperib⁹ quibus fuga non erat concessa ob inopiam, Regiam arcem occupabāt. Et cū Imperator uellet ingredi, tanto ardore ac impeto tormentorum ingressum eius arcuerunt (Licet uix annona in dies paucos ijs sufficeret) ut uitam ijs saluam promitteret, si eius ingressum haud impedirent, quod ratum tenuit quoad occupata arce in folio reſedit. Tandem suasionibus induxit ut secū in Turciā proficiscerētur. Cum itaq̄ Regia vrbs in cinerē eſſet pene uersa: Nono die aduentus sui in Budam, Turcus festinabundus fugam molitus, pontem temporarium ex Insula sancti Georgij, ubi moniales habitant, strauisse fertur, causatus aduersā ualetudinem: Sed reuera ut occurreret Sophi Adrianopolim ferro flāmisq̄ euasātū, ut exploratore qui Viennæ captus fuerat didici, pontem traiecit festinabund⁹, multis sese comittantibus ac prementibus, rupto in fine ponte submersis ac præcipitatis. Rumor inde sparsus Turcum mortem oppetiſſe, qui ad eius usq̄ Locū

tenentem dimanauit, qui sese creat Cæsarem; & cum fallus eſſet uano illo rumore inuictus Sophi, occasionem Turcorū Cæsari dedit, ut perhibent eum usq̄ hodie in Sophiā insigni vrbe inter Nicopiā & Philippopolim perseuerare, ancipitē & dubium quo dirigat iter: Tum propter discordem locū tenentem, tum propter crudelissimam pestilitatem quæ homines & iumenta depascit, ut sui non compos quid agat plane nesciat. Utinam o principes & Proceres Romani Imperij, qui prius aliquoties Budæ fuistis, unde uestri subditi in Bauaria, Sueuia, & Rheno alimenta sæpe ex tam locuplete imperio sumserunt, cerneretis in eam redactam turpitudinem ac deformitatem, ut non modo uille cuiquam, sed ne pago quidem aliquo sit conferenda, sine tectis, turribus, muris sc̄sis & ruinam minantibus, plane rudera potius appellanda q̄ vrbs regia, olim diuitijs affluentem, & uoluptatibus plenam, iam deſedatam & suo pristino aspectu deformem, lupis & uulpibus q̄ hominibus ad inhabitandum aptiorē: Nemo certe uestrum sibi a lachrymis temperaret: Nemo ex uobis non exandesceret in cruentissimam beluam Turcum: Nemo se cohiberet si posset quin arma sumeret ad uindictam tam nefarium opus. Nulla iam templa sanctorū uidentur solito ornatu redimita: sed squalida, sed lacera, sed sc̄ssa, & imaginibus beatorum uacua, stabula uerius porcorum q̄ loca sacra. Vrbs oppleta cadaueribus hominum & iumentorum. Quis hæc uidens non ingemiscat ac doleat tantæ urbis tam citum interitum & desolationē? Tanti inq̄ regni, quod in Europa unicum eſt & solum Archiregni, tam citam euerſionē? De cuius bonitate ac fertilitate nunc latius differam, ut omnes intelligant non abs re antiquitus Archiregnum dictum & habitum. Imprimis bonitas terræ et ser-

Cōmendatio Regni Hungariæ ab ois generis eminentiis

tilitas agri consideretur, quæ uinetis fructibus omnis generis, montibus hortis amoenissimis, agris fertilissimis adeo est excellens, ut nec Italiae quidem, quæ flos mundi appellatur, cedere uideatur: Si eximas mala granata aut punica, quæ alijs eque nobilibus fructibus compensat, & dulcedine & sapore. Et ut particularius de singulis loquar. Nunquid hæc regio Hungariæ uina producit simplicia & tenuia, vaciens dicta, claritate aquam æquantia: Acriora & fortia Summachia rubea & alba: Sirimientia excellentissima, quæ cū Crestico aut Corfico certare putantur uino, alba item & rubea: unde motus Imperator Probus uetuit uina coli omnia, præter quæ in Pannonijs, hoc est Sirimientia, & Gallijs, quæ excellent in uniuerso orbe. De agrorum fertilitate. Haud longe a Temesio longa experientia comprobatum est, si quis siliginem serat, tertio quoque anno in triticum uertatur. Quis in hoc regno colonorum certat cum uicino de transgresso limite celsipitis: cum liberum sit cuique quot uelit iugera arare aut serere. Timent nobiles rustici, si plus colligerent frumenti quæ sibi pro annuo censu herodando, ne præda fiat nobilibus si frumento abundauerint. Ita rapiunt nobiles quicquid colonis abundat, & id facit foecordes & ignauos rusticos. Alio qui hæc terra tantum frumenti produceret, si coleretur, ut duobus Regnis sat esset, omnia enim pauperum alimenta exposita sunt prædæ & spolijs nobilium: qui excarnificat subditos, si uiderint eos abundare annona & alijs necessarijs. Abundantiam piscium omnis generis quis mihi enarrabit? Tibiscus quem nostra ætas Tylsam appellat adeo pisculentus, ut si alueum excesserit & inundet in paludes, porci inde saginentur. Sepe uisum est Scaphis haurire pisces seruū uolentem aquare equos qui aquatum ducuntur, Capitonum huius

Triplicem uinum in Hungaria.

Fertilitas agrorum.

Tibiscus Abundantia piscium.

huius fluminis multitudo, hinc manifestior fit, si quis considerat quod in aere ad solem arefacti & hinc saliti plenis, curribus in exterâs usque nationes ferantur. Quotannis Viennam ducuntur currus talium piscium innumerabiles. Nec Efoeces qui uulgo Hufones appellant, pisces sine ossibus, ut Me la scribit ex Euxino in Danubiū prodeutes in Hūgariā usque sunt omittendi. Viennæ quæ uno die ducenti a me uisi sunt quæ plures. Ut interim prætereā alia genera piscium infinita, quæ ex Hungaria Viennam deferuntur, quorum nec numerus nec nomina inueniri facile possunt. Age differamus nunc de iumentis omnis generis, quibus bona pars Europæ pascitur, tauris, bobus, uaccis, capris, ouibus, uitulis, equis et equibus, quibus celeres currus, qui uulgo Gotschi ab oppido passim nominantur, quibus uno die quindecim milia passuum facile sine labore currere potest quispiam. Sūt publicæ Nundinæ in Austria, die Urbani, s. Viti, s. Valtrici, s. Crucis et Katherinæ, quibus multa milia Boum inducuntur: qui per Bauariam in Tirolis Ducatum et Sueuiam feruntur. Præter hos qui hebdomodatim in urbe Vienna per totum circulum anni uenduntur, semper ducenti aut trecenti simul, ut quispiam facile credere possit exhauriri boues ac iumenta omnia Hungariæ. Omitto quæ per Segniam & Illyricum ac Dalmatiam, in Italiam abiguntur: Quæ si quis uno anno enumeraret altero deficere Hungariam arbitraretur. Quid de feris syluestribus omnis generis commemorabo? Ceruis, Hinnulis, & in altis montibus prope Themelum Capricornis, capris syluestribus, quæ gregatim quando ambulant timorē incolis noctu iniiciunt suo strepitu, ut hostem aliquem potentissimum suspicari possis. Coepit una uenatione Marchio Georgius centum & uiginti ceruos me uidente, ut in

Copia iumentorum omnis generis ex Hungaria.

De multitudine ferarum.

terim minores feras obmittam, quæ libere possunt sine principis edicto quoties libet quotcunq; capere. Idem de uolatilibus dicere possum: vnum quasi exteris miraculum recensabo. Festo diuæ virginis, quo eius natiuitas Budæ celebratur tanta uenit multitudo turturum, quæ sunt me præsentem numerata a mercatoribus uiris fide dignis, ut fidem superet posse tot reperiri uno die turtures, quæ publico foro distrahuntur: Supra enim octoginta milia et sexcæta sepius numeratae sunt, ut uix tot colubæ possent alicubi capi. Veniã nunc ad metalla omnis generis, quæ hæc terra ubertim producit, ut hinc plane diiudicet optimus quisq; solam Hungariam possidere abundantissime & locupletissime tot metalla, quot aliæ regiones plures paulatim & parce producant. Et ut a minimis ordiar affluit hæc regio Vitriolo, Cinnabari, lapide Lazuli, Mercurio uiuo, Ferro, Plumbo, Cupro tanta abundantia, ut multas regiones alat mercibus uarijs, Argento purissimo, mediocri, & tenui quod triplici reperitur forma: Sic et auro quod effoditur in Aurifodinis copiose & purissimum in summo gradu. Item quod ex aquis lauitur ingeniose & ex arenis colligitur, & quod in montibus ueluti quædam ramenta copiose nascitur. Nec id tacendum puto in Transalpina regione inueniri montes unde effoditur cera, & inde coquitur mire aromaticitatis cupressum olens, unde fiunt cereæ miri odoris. Montes salis lucidi, quod ueteribus Salgemma uocatur, habet adeo longos latosq; ut Rex aliquis ex hoc solo prouentu ingentem possit alere exercitum, quod sine labore, non ut fit in Germania magnis cum impensis coquendo, excidit. Et hæc bona pene omnia habet Transyluania iuxta ciuitatem Claudiopolim a Claudio Cesare extructam, ut merito olim hæc terra produxerit Cæsa-

Bonitas
metallorū
& copia i
Hungaria

Triplex
argentū et
aurum.

Ceræ cum
pressū olēs
Salgemma

res & Augustos potentissimos qui totum pene orbem rexerit. Decium scilicet e Bubali ortum, Claudium II. qui uerbem potentem Coloswar condidit e Dalmatia oriundum, Aurelianum e Syrmio progenitum, Probum Cæsare item e Syrmio. Dioclitianum e Dalmatia, quæ regio huic terræ similiter ascribitur. Carum Illyricum cum filijs Carino et Numeriano. Valentinianum seniore ex Cibala ortum cum fratre Valente. Et Valentiniani filium Gracianum e Syrmio congeneritum. Quorum numismata & aurea & argentea sepe in agris Hungaricis reperiuntur, tantorum Regum ac Principum uestigia ac indicia. Et si hodie boni Principes hanc terram incolerent, non dubito quin breui Cæsars & Augg. innumeros procrearent: Ut merito hæc terra alijs bonitate naturæ præferatur & Archiregnum iure optimo dici possit. Habent aliæ regiones singulæ singulas dotes, unde Maro nos admonet ut Regiones obseruemus.

Et quid quæq; ferat Regio, & quid quæq; recuset
Hic segetes, illic ueniunt felicius uuæ.

Arborei foetus alibi, atq; iniussa uirescunt
Gramina, Non ne uides croceos ut Tmolus odores.
India mittit ebur, molles sua Thura Sabei
At chalibes nudi ferrum, virosq; Pontus
Castorea, Eliadum palmas, Epiros equarum.

Sed quæ regio oia quæ diximus tam uertim? Nulla pfecto.
Hoc tam felix beatumq; Regnum patiemini o Principes et
sacri Romani Imperij Proceres esse in manibus Turcorum?
ut pro sua libidine tot Regias & inclytas urbes depopuletur,
& fertiles agros euastent? Si nulla uos mouet o Princes
pietas humana et dilectio proximi. At sperate deos me
mores fandi atq; nephadi, Ponite ante oculos qualis rumor

nix vestris auribus audiendus clementissimis o uiri Germani, per uniuersum pene orbem circumfertur uos residere ignauos, uicinos dilacerari, & id quidem apertis oculis cernere, & non vestris strenuis manibus malum hoc ulcisci, sed inultum preterire. Cum tamen id compertum sit Turcū neminem plus uereri quā Germanū loricatum, & splendidis ornatum armis, vibrantem cuspidē & longā lanceam, solo uisu uestro terrētur molles hij Asiatici. Tantā itaq; occasioni deesse uiri Germani, qua fronte uerecūdiatq; uultis? Nunquid habetis tria nobilissima flumina in Hungaria, que nullis alijs mundi partibus cedunt, Danubium, Drauum & Sauum, per quā non modo exercitus pedestris & terrestris, sed artalaria omnis generis, annona & commeatus copiosissimus, & recto quidem itinere transuehi possunt? Nūquid deus opt. Max. hoc anno fertilissimo affluenter et abū de nobis annonam, copiam uini, et aliarum rerum cunctarū diuinitus largitus est? apertissimo indicio quasi digito monstrans, uobis non esse ociandum, somno, ueneriq; indulgendum, sed durum opus Martis, ad id quod nati uidemur, uos presertim o uiri Germani, aggrediendum alacri animo, ad Christi fidem propagandum, & omnibus uiribus enitendū laborandumq; ut hostibus fidei exterminatis, unum Christo ouile tandem constituatur. Sed heu pro chodolore quomōdonis a deo affatim datis abutimur, quasi ad perdenda tantā dona nati essemus. Ingurgitamus nos mero, crapulamur, in noctes usq; medias bibimus. Nullus potest cōuentu priuipum celebrari nisi symposijs uerius quā conuiujs, bonā partem insummamus. Postq; de sessione uter alteri sit preferendus, plures dies absuipimus, magno Christianitatis detrimento: Tum bibitur ad plenos ciathos & pocula exiccant,

pergrecur & preciosissimus Thezaurus tempus frustra coneritur: ordine talia symposia et per uices celebrant, quasi ad hoc unū conuenerint principes. Ultimo tandem temporis punctulo, consultatur quid agendum, & breuiter quidē & obiter: quia iam sunt crumē exhaustæ, & pauperū census, tributuscq; consumptus est, ut nouū uictigal instituat cogitandum. Hæc sunt Diætæ Imperiales, Turcus interim uigilat, & Christianorum principum desidiam primū, tum mutua bella, quibus sese inuicem lacescunt, obseruat: & unū post aliud regnum uorat, irridens digladiationes principū inanes. Cogitate o principes quot regna ab quinquaginta annis citra, post orientale Imperium, deuicta Constantino poli, atq; obmissa: perdita sunt, de quibus usq; in hodiernū diem ne pagus quidem ullus recuperatus est a uobis, gliscēte indies uoragine beluæ: Ut enim Trapezuntum & Regnum Græciæ nobilissimum obmittam, quomodo Bulgaria, utraq; Mæsia, Dacia, Seruia, Bosina, Nuper Rhodus nobilissima Insula, Afsyria, Babilonia, Memphis, Alexandria, & pridem bona pars Hungariæ concessit in ditionem Turci. Ex ijs quas Turcus occupauit terras aut regiones quas vnq; amisit male aut perdidit: Sed semper ultro progressus suum dilatauit Imperium: Nunquid hæc uobis Principes sunt animaduertenda? Erat Belgradum superioribus duobus annis in eum usq; diem quasi ante murale Christianitatis & propugnaculum, quod Turcos arcebat ab ingressu. Sed anno salutis uigesimo primo post M.D. citius perditum & traditum in manus Turcorū, quā Hungari animaduertēt per suos, quibus custodia erat demandata. Tanta est iam maiorum & nobilium uigilantia & integritas. De bonis non loquor quos semper excipio: Sed de ijs qui auro
Cij

nus, Hugo Magnus, Boemundus, Gothofredus, Tãcredus
 cruce signati, hostes Christi adorti, uictoriã reportarunt ab
 hoste sanguinolento. Mathias olim Rex Hungarię & eius
 genitor Iohãnes de Hunniade Regni Hungarię Gubernas
 tor Belgradũ, quod nũc Alba Gręca uulgo dī a sequissimo
 Turcorũ tyrãno Mahumete obselsũ: Qui uulgo terror gē
 tiũ passim dicebatur, non mō ab obsidione liberarũt, sed ui
 ctũ & castris exutũ ridicule repulerũt, a nato Hiesu anno
 M. CCCC. LXIII. Sed tũ uixerãt Paulus Gnyfi, Stepha
 nus de Bator senior, Quanti uiri, Per deũ immortalem, qui
 quotidie manus cum Turco conferuerunt semper uictores
 Ut & hodie eorũ preclara gesta ad citharã decantant. Non
 em̄ amatorię cantileng, ut apud nostrates, sed uiroꝝ fortĩũ
 gesta, De Iohanne Huniade, de Mathia, de Paulo Gnyfi &
 Stephano Bathor seniore circũferebant. Nam Rege Ma
 thia uiuente semper cõtinuus exercitus alebatur. Cui nomē
 erat Nigra Legio: Quę ad omne momentũ parata erat cõ
 tra Turcos, in castris genita et educata a pueritia, Quę nũc
 uel raro urbes incolebat, quę simul cũ uita Mathię regis de
 fecit. A deo ut Hungaria nunc talē passa calamitatē meo iu
 dicio fuisset, si & nostri ita uigilassent: Nec unq̄ si talia eẽnt
 a uate aliquo enũciata credidissent. Recte em̄ posset dici no
 stra etate Hungaris, sic suos lubaiones excoriãtibz, & soli
 Rapinæ studentibus, Id quod Appius Cecus in Bello quod
 cũ Pyro erãt gesturi, licet luminibus esset priuat⁹ apud En
 nium dixit. Quo uobis mētes quę stare recte solebãt. Ante
 hac demēti sese flexere ruina? Et nostra etate in manus So
 lomet presentis Tyranni nullo labore uenit, nõ sine ingenti
 Christianitatis ignominia & clade, clauis hæc Regni et cli
 peus Nandaralba. Anno primo & uigesimo supra M. D.

Iohannes Hu
 niad
 Mathias
 Rex

Paulus
 Gnyfi
 Stephanus
 de Bathor
 senior

Nigra le
 gio.

Appius
 Cecus

Ex cui⁹ deditiõe uel proditiõe potius, subsequuta est calamitas
 tosa hæc in Hũgaria clades. Vtinã illi dentibus lacerarentur
 qui hodie degũt tanti mali autores, & cæteris nobilitate uo
 lunt p̄ferri. Ferdinãde o Ferdinãde Rex clementissime indue
 arma, aduoca Reges & principes Imperij, ut Christian⁹ or
 bis a tã seuo hoste tandē liberet: signa te cruce Deũq̄ opt.
 Max. precare, ut ceptis assistat: Et quẽadmodũ olim Con
 stantinus Maximus hostẽ Maxentiũ debellaturus, in cœlo
 uidit columnã ardentẽ cũ oraculo in aere clamãte, in hoc uĩ
 ces: Ita tu prelato tibi Labaro cũ imagine crucis fortiter ho
 stẽ aggredere: Non deerit tibi Diues Italia, Nobilis Gallia,
 Fortis Hispania, bellicosa & populosa Germania, qui te oēs
 comitabunt, pœna canentes & Deũ psallētes, ut tandē te ex
 hoste trophea reportantẽ, & spolijs onustũ, uictoriã certam
 cernere ualeamus miseri. Ad hoc tã sanctũ opus te iuuabit
 inuictissimus Cæsar frater tuus, qui sua classe ex ultimis Hi
 spaniã sinibus & gentes fortes adducet, cũ numerofo exer
 citu, & artalariã cũ bellicis machinis copiosam, ut hostis cru
 delis undiq̄ circũuallatus det suæ uoracitatis pœnas aliqñ:
 aut abiectis idolis, incipiat uerũ Deũ adorare & recognosce
 re, & cũ omnibus suis subditis, unã nobiscũ religionẽ assu
 mat. Interitus em̄ & calamitosus suæ sectę exitus prope est:
 Quod sui asserũt, qui paulo sunt eruditiores et futura preui
 dent. Quod si in Germania, ut fieri solet & iã rumor incert⁹,
 utinã falsus & uanus, aduolat nouus tumultus suborit⁹. Vñ
 seditiões & similtates nouę sunt pertimescēde: Quibus pos
 set tã sanctũ tam piũ opus impediri: Sepe em̄ uisum est cũ
 expeditio gñalis cõtra christi hostẽ esset sumēda: nouã quã
 dam zizaniã rebellũ esse ortã: ut incepta res impediret: Cas
 lumniator nãq̄ Diabolus libet̄ & propte intercipit, vnde

Constanti
 nus Max.
 Maxenti⁹
 Labarum.

corruptuntur & honestatem nauici estimant. Si mundi principes ebrietatem, quae etiam intra cubacula sua serpsit, aliquo strenuo mandato sequentibus poenis interdicerent, mala multa uitarentur. Nec enim princeps aliquis laudem meretur inter suos militares, nisi liberalitate sit adeo prodigus, ut una nocte uas integrum offerat Bibulis ebibendum, ut amissa ratione tandem sese uulneribus conficiant & digladietur. Sic contrahitur noua amicitia, sic in alterius amici album accipitur ignotus nobilis: Sic alter alteri X. alter XX. equos offert quoties uult ire praedatum & spoliare inopes. Sic iniuriuntur phratricae passim per plures Regiones, quae ebrietatis dicuntur. Ab solo uicio ebrietatibus, inter principes Germaniae, (ut citra adulationem loquar) Libera est domus Archiducum Austriae, cuius maiores Ab auis & Atauis, semper exhorruerunt ebrietatem. Licet eorum Regio sit uini fertilissima & locupletissima. Quod si principes Imperij nostri consensu, post edictum suis consiliarijs, primarijs, Thesaurario, Cancellario, Magistro Equitum, quem Marescalcum uulgo appellamus, & alijs senioribus interdicerent, ut in exemplum minorum ebrietatem, e qua nascitur blasphemia, luxus, strupum & mille mala interdicerent. Et hijs dicto non audientes surda aure transgredierentur. Petituri dehinc a principe gratiam & castrum aliquod seu uillam non exaudirentur, & indignationem Principis sentirent. Cautiores deinceps dubio procul, ne gratiam omnem principis amitterent, ebrietatem fugerent. Hoc singulare censerem remedium, quo huic malo mederi posset. Si ex Christiano orbe propellerentur ebrietas, cui dediti sunt non tam principes quam subditi, multis malis effemus liberati. Mahumethes Turcorum pseudo propheta, licet omnem illis luxum concederet, uinum in

Phratricae
ebrietatis.

Remedium
contra ebrietatem.

Mahumethes.

quo ebrietas est, interdixit, omnes iussit absternios esse, & aquam cum zuccaro bibere, quod & ipse per se fecit, ut si equum comitalem morbum quo laborauit tegetet, & ebrietatem uitandam doceret, quum suos semper in armis esse iuberet, & gladium eis praecipuum insigne daret. Quod si ita uigilarem ad bellum, non ad cyathum non dormiremus somnum Epimenidis in utramuis aurem securi, admonitiones omnes quasi anilem fabulam surdis auribus excipietes. Sed nunc tempus est ut expergiscamur e somno si uolumus, patriam, uxores, liberos saluari. Tempus est o principes Imperij & proceres tempus est, satis est somno datum. Intendit omnes uires ingenij Pius Pontifex in Mantuano conuentu, dum Principes adhortaretur ad sumenda arma contra prophanam & imbellem gentem Asiaticam. Idem fecit Ratisbonae Anthonius Campanus, Episcopus Aprutinus, praesente Friderico III. Caesare, & cunctis alijs principibus Romani Imperij, sed nihil est sequutum. Quum emuli Friderici palam assererent, si contributio per uniuersum Romanum Imperium indicta fieret: Posse utrumque Caesarem & Turcum & Fridericum superare. O Christiana Responsio. Ita sunt semper Principum nonnullorum, emulationes Christianae Reipublicae noxiae habitae. Et uires Turci sunt indies auctiores facti, quoad iam Hungaria subacta in uestibulum usque peruenit. Et iam nulla oratione nec adhortatione opus est, sed armis, sed gladijs, sed lanceis. Nec vos moueat o Principes uanissima cuiusdam assertio asserentis. Pugnare contra Turcum esse pugnare contra deum ob peccata nostra. Si hic assertor esset uicinus noster cum sua inani & stulta opinione sese delirum fateretur ingenue. Nolui te Luther nominare, & tibi parcere, Sed cum in uno & altero libello, et po-

Nemo ad Assam comparem libellū effuderis, in quo pla-
 ne tanq̄ uanissimus ostentator, iterū atq̄ iterū repetis Tur-
 corū bellū esse stultū, & a te solo ceu Propheta prauius-
 Optarem tibi ut Budae uidisses in Regia urbe Tyrannū So-
 lomet, uxore tuā stuprari filiū aut filiam trucidari et canibus
 obijci, ut uidissent cuncti sanctimoniam tuā & animi constan-
 tiam, qui solus inter homines, humano affectu cares, extra le-
 gem humanā positus, Saxum uerius q̄ homo. Sed condo-
 nemus tibi longius a regiōibus nostris in Wittenbergo in-
 ter potores ceruissae posito. Si hic uidissem te Prophetam
 solum gloriosum & vanum ostentatorem crudelia specta-
 cula ridentē, tū assererē uera praedicasse, Expergiscimini igit̄
 expergiscimini o Principes satis iam somno datum. Non
 enim minus celeritate opus est q̄ uiribus. Iactabat olim Amu-
 rathes Turcorum Rex se propediem tēplo Diui Petri pro-
 stabulo ganeoq̄ usurum, propter Christianos Principes
 inter se mutuo digladiantes. Quod & Solomet post deuis-
 etum Rhodum Insulam cogitauit, & quosdam ex cetera Car-
 dineo auro tētauit, & nisi Pontifex praenisset, traditio cep-
 ta forte ingēs malum in Christianitate peperisset. Ob id in-
 uictissimus Cæsar Carolus V. a se reiecit omnes Turcorū
 oratores & legatos, nec patitur ullum ad se accedere, quod
 sapientissimum & consultissimum regem decet. Utinā Ves-
 netica a se deijcerēt Turcos & ipsorum legatos, quibus se
 Christianitati faciunt suspectos. Sed forte idem fatum &
 Venetos & Turcos agitat: Vtraq̄ enim natio, nisi fallor,
 est prope interitum, qui circa idem pene tempus emerferūt
 & forte simul occident. Ferdinandus Hungariae & Bohe-
 miae Rex, nullam obmittit occasionem quin proximo vere
 coactis ex Bohemis, Morauis, Slesuis, ex Imperio Principi-
 bus &

bus & proceribus inmensis militibus & generoso exercitu
 bellum suscipiatur contra Christi hostes. Deus Opt. Max.
 factum fortunet & ceptis faueat, ne superbi & elati Turci,
 ex Hungarica uictoria in Austria, dehinc Bauariam ac Sue-
 uiam, postremo in Gallias serpent: Nam plus sitit qui semel
 bibendi fines excesserit. Ut olim Hunnorū Rex Attila in cā-
 pos usq̄ Catalaunicos nō sine cede cruenta multorū migra-
 uit, & tandem post Aquileiam destructam: Vnde Ves-
 netiae ex eius ruderibus exedificatae sunt, inopinata morte
 obrutus est tandē. Nō deerit o Prīcipes inuictiss. Cæsar. Car-
 olus V. non ceteri Christiani Reges & Principes, qui
 dubio procul suppetias ferant, tam pio uoto. Ut semel oce-
 ciso & conculcato Dracone insatiabili, rictū suum uoracem
 expleant pice & sulphure, qui totū mundū cupit uorare in-
 explebilis belua: Pacatoq̄ Christiano orbe, fides Christi
 sincera propagetur & dilatetur, quae iam obruta tot malis
 fuit languida & egrota. Mahomet II. Turcorū Amyras: sic
 enim Reges suos nominant: filio olim suo Pomum integrum
 cū mense astaret, uorandū dedit, sed puer patrē intuens pos-
 cit cultrū quo in partes secet. Quō inquit o pater integrum
 uorabo pomū? Pater, recte lapis inquit, sic pomū diuidēdo
 & partē post partem deglutiendo. Idem tibi suadeo factū-
 rum in uoranda Christianitate: ut Regna & prouintias unā
 post alias paulatim decerpes, & tandē uores. Sic primū Cō-
 stantinopolis Nea Roma dicta, est excisa, tū Trapezuntū,
 Tum Graecia omnis. Dehinc Bulgaria, post Bossina, tum
 Seruia, cum Mæsijs duabus & Dacia. Dehinc Alexandria
 Afsyria, Thebas, Memphis Aegyptus ac Antiochia, tum
 Rhodus, nūc Hungaria. Adeste o Prīcipes corripite arma,
 acuite enses, uibrate gladios, libretis tela, malo futuro occur-

rite. Vrgeant uos uxores, liberi & propinqui. Cogitate q̄
Cimbrica mulieres, post defunctos maritos dixerunt. Si in-
quūt, erim⁹ uita spoliata nō fodiemur, nō secabimur, nō la-
cerabimur, non arabimus, in sepulchris maiorū sepeliemur.
Sic vr̄a idē loquent̄ & dicēt. Ite mariti bonis auib⁹ & uires
ostēdite cōtra tā imbellē & effēminatā turbā, ne nos uideas-
tis in cōspectu vr̄o stuprari, violari, pessima quaeq; pati: li-
beros vr̄os trucidari: & quod omni morte crudeli⁹ est, abis-
gi in perpetuā seruitutē. Si nos genuistis, facite ut uiuamus,
ticut parētes vr̄i uobis fecerūt. Nō expectate ut singult⁹ sin-
gultib⁹ lachrimę lachrymis, nos simul miscere uideatis. Heu
grauis erit ille aspectus & horrendū spectaculū suspiria &
lamēta uociferatiōes & ciulatus, simul cernere. Quēadmo-
dū saepe fit in Carniola, ubi planctus mulierū & ululatus libe-
rorū audiunt̄, ex subita hostiū irruptiōe: Quādo neq; trepi-
datio neq; fuga neq; latebrę profunt. Tūc em̄ neq; etati par-
citur neq; sexui, cōtra ius gentiū oīa agunt, cōtra hūanitatē
pacta, cōtra Legē naturę, cōtra sēdera hoīm, cōtra cōditio-
nes bellorū. Hęc oīa o uiri prius cogitate q̄ experiri uos
cōtingat: Sera est nimirū illa pēnitētia. Si profecto o Princi-
pes Romani Imperij uideretis, quae nos hic apud uicinos no-
stros uidemus uera me dicere quisq; uestrū & plusq; ve-
rū fateri cogemini: Credite me uobis foliū recitare Sybillae.
Voluite animo ardorē bellandi uobis natura esse ingeniūt:
qui uultus habetis quantū pace letos & hilares, tm̄ bello na-
tura hostibus terribiliores. Nō ab re Antiquitas Martē ma-
iores nō os coluisse tradit, utpote quibus ante alias nationes,
cura equorum & studiū armorū cōcessum est. Nolite a ma-
ioribus vr̄is degenerare, ne uobis obijci possit: Plus olim fe-
minis Germanicis uirū q̄ nūc uiris ad cōmunē libertatē de-

sendendā inesse. Sexingētis quadraginta amplius annis Ger-
mani Imperiū habuerūt, a Carolo magno usq; in Carolum
V. Cæsarē. Illud uultis o principes ac proceres nūc rumpi
aut desolari? Simul em̄ ruet Imperiū & religio Christi: Nec
alterū sine altero durare diu potest. Et quū nō seculo religio
Chri propter quorundā paruicitiā in mille annis ampli-
us nō fuit adeo ruinosā: Videatis ne simul Imperiū, quod et
iam lapsū minat̄ ruat. Vtinā sim uanus augur. In una nāq;
cōcordia Germanorū sita est Chriānorū oīm salus. Nec est
cur uel dissimuletis inferre bellū, uel arma nō q̄ citissime sus-
cipiatis. Semper em̄ Germani fuerūt inuicti, si intestinas si-
multates depoluerūt. Has iā ob Dei opt. Max. laudē depo-
nite queso, & vnanimi cōsensu in propinquū hostē terribis-
sē truculentū & trucē, ac nunq; dormientē ite. O Germani
Etymon nominis uestri paulo diligentius cōsiderate, a quo
sit uobis inditū Germani, id est, toti uiri nō effeminati, qui in
sola multitudine confidūt, sed in sua uirilitate spem ponunt,
estis appellati. Consulendū est nāq; posteritati, id quod Gre-
ci, Illyrici, Bulgari, Bosnae qui quotidie uexant̄ & miserā ser-
uitutē seruitutē, Chriāni fere oēs, petūt modis oibus & suppli-
ces in caelū usq; manus tendētes, anxie quotidie clamant &
uociferantur. O Germani succurrite, ferte suppetias miseris,
libertate nos nō modo e duris carcerib⁹ quibus affligimur,
sed a misera seruitute & exilio. Talis clamor indies audit̄ o
uiri Germani, qui uos moueat. Euboia olim amissa, liberū
iter in Pontū aperuit. Rhodus expugnata in Tuscū mare et
Hadriaticū pandit iter. Hungaria deuicta, in Germaniā om-
nem indicat uiam. Sic iam hostis & terra & mari quocunq;
uelit, nisi iter refecare festinabitis libere progredi potest. Co-
gitate o Germani, q̄ saepe parua manu uiri bellicosi Balduis

Euboiā
Rhodus

ſperat animarū multarū perditionē: Et pleriq; hoīes mali
 timentes ne bonū opus perficiat ad impediendū sunt prōp-
 tiores q̄ exequēdū prius ceptū: Plures em̄ sunt mali, ut ait
 vnus e ſeptē Sapientibus Bias Prieneus: Hoc ſi Ferdinan-
 de Princeps potētiffime malum inueſtigaueris: Tanq̄ vis-
 carius Imperij Diris hos deuoueas & Imperiali Banno exes-
 crare ac anathemate ita ſerias, ut in tertiā uſq; gñationem iſti
 mali ſeminatores zizanię cū natis natorū, & qui naſcentib; ab
 illis, male pereāt miſerā & calamitoſam uitā perpetuo uiuāt.
 Vt em̄ paulo añ cōmemini, in ſola Germanorū concordia
 Chriſtianorū oīm ſalus ſita eſt, Nō ſinite o ſacri Imperij prī-
 cipes & proceres tantū malū inter uos oriri: Ne ab omnib;
 exteris natiōibus male audiat. Reuoluite animo quoties a
 maioribus ueſtris tā pia cogitatio honorū a malis paucis eſt
 intercepta et impedita. Nō uultis aliqñ uxores, liberos et pa-
 triā ueſtram in portū aliqñ tutū collocare? Debet ne ſem-
 per Chriſtianitas fluctuare? & bellis diſcordibus lacerari?
 Dñ talē auerite peſtē, aperiať terra & ſuo hiatu deglutiat ta-
 les gladiatores inſanos, qui ſola libidine alios impediēdi, ce-
 teris uolūt fortiores & bellicoſiores uideri. Nec terreamini
 multitudine imbellis et Aſiatici populi. Nunq̄ em̄ ſupra du-
 centa milia educūt Turci, quos centū milibus facile poteſtis
 proſternere viri Germani. Sed ſpero in ueſtrā fidē o viri
 Germani: ne in tali articulo totius Chriſtianitatis tā inaudī-
 tū ſcelus inter uos oriri permittatis. Sed potius tales rebelles
 ſi qui forte erūt malo ſemīe orti cōpeſcatis & reſiſcere per-
 ſuadeatis: Vt poſſit Chriſtianitas aliqñ vniuerſa extinc̄tis
 oībus & ſopitis diſcordijs Chriſto Deo Opt. Max. unū cō-
 ſtituere ouile, in quo laudeť nomē eius, gloriſicēť & ſyncere
 colať. Id quod vniuerſus populus Chriſtianus, pius expetūt

& deſyderat. Ad quod nos iuuēt Deus ille trinus immorta-
 lis et immenſus: Qui ſua gratiā diuinā nobis celitus vbertim
 ſubminiſtret & largiatur Amen. Sed more noſtro hoc clau-
 damus Tetraſtico.

Hęc ſi non moueant rationes, ite repente
 Turco ultro dantes oppida, regna, lacus.
 Accipite inq; domos ueſtras, nati quocq; & uxor
 Seruiat æternum, hoſte uidente, nephas.

DIXI.

CASP. VRSINI, AD GERMANIAE PRINCIPES.

Qualia maiorum cineres, Germanaq; uirtus,
 Marsq; pater uobis dicere uerba uelint,
 Quales credibile eſt nequicq; effundere queſtus
 Plurima Turcaicis oppida capta uiris,
 Queq; ſuit facies accenſe ſtebilis urbis,
 Queq; ſuit ſocle nuper imago ſuge,
 Deſertus caderet cum Rex LVDOVICVS in armis
 Pannoniaſq; ſerus uelleret hoſtis opes
 Parua hæc enumerat uobis oratio ſane
 Parua ſed ingenio magna, ſed ampla fide.
 Hęc ſi uos docto ſuccendet buccina cantu,
 Non aliam ſpes eſt poſſe cedere tubam.

PRINCIPIBVS GERMANIS, VT TANDEM PRISTINAE VIR-

tutis memores, bellū in ſmanniſ. Turcū, fortiter & prudēter inſtituant.

IOANNES Alexander Braſſicanus, Philoſophus ac Iureconſultus.

Pana graui memorant accendere bella tumultu

Agmination ſubito ſepe mouere metu.

Pelleum Iuuenem erexit concentus ad arma

Iuſſit & Herculea proelia inire manu.

Tibia uirtutem ſpartanam inſigniter auxit

Per citharam Cretes bella paraſſe ferunt.

At nihil hic uel Pan, ſue Orthia carmina proſunt

Tibia cum ſidibus nil quoq; ſrugis habet.

Vna atq; unica uos moueat πείτολιος δὲ κύρη

GERMANI tandem martia corda DVCES.

Verum hanc historico presens oratio cultu
Explicat, ardenti quæq; dolore uocans.
Quod si animo segni tam sedum haud pellitis hostem
Credite qui uestras mox erit ante fores.
Credite (uerum opto patrie sum uanus Aruspex)
Credite, & è tripode credite dicta sacro.
Actum est de nostro collo, Germania quondam
Strenua, uictoris iura superba seret
Illa igitur quam sunt horrenda aduertite, & illi
Certam hortatori queso adhibete fidem.

Excusum Viennæ Austriae, per
Ioannem Singrenium.





